

ORATIO AD SANCTUM JOSEPH
SPONSUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, CONFESOREM,
ET UNIVERSALIS ECCLESIAE PATRONUM ET CUSTODEM



Ad te, beate Joseph, in tribulatione nostra confúgimus, atque, implorato sponsæ tuæ sanctissimæ auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter expóscimus.

Per eam, quæsumus, quæ te cum immaculata Virgine Dei Genitrice coniunxit, caritatem, perque paternum, quo Puerum Jesum amplexus es, amorem, supplices deprecamur, ut ad hæreditatem, quam Jesus Christus acquisivit sanguine suo, benignus respicias, ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras.

A te, o beato Giuseppe, stretti dalla tribolazione ricorriamo, e fiduciosi invochiamo il tuo patrocinio insieme a quello della tua santissima Sposa.

Deh!, per quel sacro vincolo di carità, che ti strinse all'Immacolata Vergine Madre di Dio, e per l'amore paterno che portasti al fanciullo Gesù, riguarda, te ne preghiamo, con occhio benigno la cara eredità che Gesù Cristo acquistò col suo sangue, e col tuo potere e aiuto sovviene ai nostri bisogni.

Tuère, o Custos providentissime divinæ Familiæ, Jesu Christi sóbolem electam; próhibe a nobis, amantissime Pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine e cælo adesto; et sicut olim Puerum Jesum e summo eripuisti vitæ discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende: nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie émori, sempiternamque in cælis beatitudinem ássequi possimus. Amen.

Leo XIII, Enc. *Quamquam pluries*, 15 Aug. 1889

«*Plenaria conceditur Indulgentia suetis sub condicionibus (nempe sacramentali confessione, communione eucharistica et oratione ad mentem Summi Pontificis) christifidelibus qui, animo quidem ab omni peccato recesso, [...] qui aliquam recitaverint orationem legitime adprobatam seu pietatis actum in honorem Sancti Joseph*» — ex Decr. Pænit. Apost. die VIII Decembris MMXX dato.

Proteggi, o provvido Custode della divina Famiglia, l'eletta prole di Gesù Cristo; allontana da noi, o Padre amantissimo, la peste di errori e di vizi, che ammorba il mondo; assistici propizio dal cielo in questa lotta col potere delle tenebre, o nostro fortissimo Protettore; e come un tempo salvasti dalla morte la minacciata vita del pargoletto Gesù, così ora difendi la santa Chiesa di Dio dalle ostili insidie e da ogni avversità: e stendi ognora sopra ciascuno di noi il tuo patrocinio, affinché sul tuo esempio, e mediante il tuo soccorso, possiamo virtuosamente vivere, piamente morire, e conseguire l'eterna beatitudine in cielo. Amen.

Leone XIII, Enc. *Quamquam pluries*, 15 Agosto 1889

«*Si concede l'Indulgenza plenaria alle consuete condizioni (ossia confessione sacramentale, comunione eucaristica e preghiera secondo le intenzioni del Sommo Pontefice) ai fedeli che, con l'animo distaccato da qualsiasi peccato, [...] reciteranno qualsivoglia orazione legittimamente approvata o atto di pietà in onore di San Giuseppe*» — dal Decreto della Penitenzieria Apostolica dato l'8 dicembre 2020.